

A. QUAE, NON CONSERVARE

Hereditatem.

P. SCIPIO Numantinus integram Fabio patri hereditatem concessit. Plut. in Paulo.

Pradam.

ALEXANDER M. cum expeditionem in Indos suscepisset, graves autem, & impeditos videret praeda Persica Macedonias, primus flammam subdidit regis plauris, inde caeteros induxit, ut se imitanti, ad bellum agiles, & expediti pergerent. Plut. in Emilio.

QUOMODO NON CONSERVENT, Opes Deferere.

DEMOCRITUS Abderites fratribus suis (alii patrie malunt) hereditatem paternam concessit (suis autem illa amplissima quandoquidem pater ejus Xerxis exercitui epulum dare potuit) isle paucis pecuniis, quantum pro vitatico satis fore videbatur, philosophiae studio peregrinaum abiit. Gell. & Sabel. lib. 2. cap. 1.

CLEANTHES Assius collectam pecuniosam aliquando projecit coram familiaribus, dicens: Cleanthes alterum Cleanthem alere poterit, si vellet. Laert. lib. 7. cap. 2. Philostratus in vita Apollonii, & Diocles, substantiam Cratrem Thebanum Cynicum ajunt omnem in mare projecisse, ut eod liberius philosopharetur.

Apud Horat. lib. 2. sat. 3. Aristippus Socraticus fervos prolicere aurum in media justa Libya, quia tardius irent, propter onus segnes. Hoc ipsum de illo retulit etiam Laertius, auctorem sequuntur Bionem, qui non aurum fuisse, sed argentum pecuniam, inquit, nec justis, ut omne onus abiiceret, sed quantum ferre posset, gereret; de uno namque ferso loquuntur, non de pluribus, ut Horatius. In Africa praeterea id usquevisisse non docet, verum simpliciter in itinere contigisse. Vell. lib. 8. var. lect. cap. 18.

CRATES Thebanus, Cynici Diogenis discipulus, in pecuniam omnem substantiam redigens, apud Trapezitiam deposuit hac lege, ut si filii philosophi essent, eam indigentibus civibus distribuere, nihil enim philosophos indigere existimans; sin idiorum, eis redderet, ut vacuis virtute saltem opes opitularentur. Laert. & Suid.

MAXIMILIANUS I. Imp. ingentem pecuniarum summam penes se nunquam retinuit, sed ad quosdam referri iussit, dicens: Se regendis hominibus praepositum, non auti sibi custodiam demandatam, quo si quis semel capiat, mox e rege servum futurum. Tac. Spieg. in Aeneae Sylv. comment. de reb. gestis Alphonis.

AGESILAUS Rex Spartanorum, cum intellegeret cognatos Agidis regis in carcere necati inopia pressos, bona Agidis ex aequo cum illis divisi, licet jure ac civium judicio ad se solum pertinere. Pontan. de Liberalitate cap. 11.

ANACREON Teperus, a Polycrate quinque talentis donatus, cum duabus prociis noctibus insonnis jaculisset, reddidit ea. Suidas.

PLANGONEM Milefiam adolefens quidam Colophonis amavit, licet Bacchidem amicum haberet Samiam, Plangonem Bacchidis forma audita, ut juvenem ab amore diverteret, congressus pretium postulatit monile Bacchidis pretiosissimum. Hic cum magnopere amaret, expetivit a Bacchide, ne se mori pateretur. Bacchidis monile concessit. Cum vero cognovisset Plangonem, Bacchidem ab invidia esse alienam, suum illi monile remisit. Itaque communem, dum vixerent, habuerunt amicum. Quam rem admirati Jones, ut inquit Menotor in libro de Depositis, Plangonem in posterum Pasiphilam vocarunt. Ex Athen. lib. 13. cap. 23.

PERTINAX Imp. is que caeteri Imperatores sibi usi vendicabant, vetuit suum nomen adscribi, negans illa esse principum, sed populi Romani, fastus in curia sanctus sibi videri se

pauperem rempublicam obtinere, quam per scelera, & flagitia ditescere. Sabel. lib. 5. En. 7.

CUR. NON CONSERVARE OPES. CAUSA Religionis, Pietatis.

Ex Tit. Monachorum, Eremitarum, qui voluntariam pauperiam amplexi sunt, non pauci exempla religiosarum opum hic transferes. Illis sane religiosi affectus tanquam cause, hic derelictionis tanquam effectus, & adiuvantia habetur. Quod si verò derelictio non sit simplex, sed coniuncta habeat largitionem in pauperes factam, Munificencia hac erit misericors, duplici laude digna, & qui opes suas hac causa negligit, & qui opes in aliorum usum convertit.

MATTHAEUS ex quatuorsimo hominum ordine (erat enim publicanus) a paupertatis magistro accessit, grandem pecuniam reliquit, caelestium rerum spem sequutus, sed in nulla quaestuosior, quam in paupertatis complexu. Rem terrenam, & caducam contempsit, & quaerit casti aliquo amanda erat, aut in morte relinquenda; estque tanto maiora adeptus, quantum ille veritatis auctor, a quo vocatus est, omnes qui unquam fuere in terris, virtute & sapientia antecelluit. Sabel. lib. 2. cap. 1.

BARTHOLOMAEUS regio stremata fulgens, piscatoribus se aequari passus est, divinarum rerum cupiditate captus. Contempsit ille divitias, hic ipsam, ille foenerari desit, hic regnare, quod tanto praeclearius est hominum opinione, quanto turpius, & calamitosius servitute tervere. Idem.

Omitto nunc alios Apostolici ordinis viros, non quia in contemptis rebus nimis constantes fuerint, sed quia & ante Apostolorum humiles inopeseque fuerint eos apparet, stulta tunc, & infirma Deo eligente, ut sapientia fortiaque confunderent. Quamvis verissimum sit, eos quoque non minus multa reliquidit, qui sibi nihil reservaverint. Hinc est quod tantum piscatoriam navim, & quae refectricent reia dimittentes, audacter proloquuntur: Ecce dimisimus omnia, & sequenti sumus te; quid ergo erit nobis praemium? Et responsum mererunt accipere Domini dicentis: Amen dico vobis, quod vos qui sequuti estis me, in regeneratione, cum sederitis super duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel. Et omnis qui reliquerit domum, vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros, propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam aeternam possidebit. Matth. lib. 1. cap. 1.

POLEMUS potentissimus Indorum rex, Bartholomaei Apostoli praedicationibus ad fidem conversus, atque baptizatus, relicto imperio, eidem constanter adhaesit, discipuloque maluit esse Apostoli, quam Indiae dominus. Idem.

Mariae Martha, & Lazarus, cum inter se partiti essent hereditatem; & Mariae Magdalum oppidum, Marthae Bethania, Lazarus pars urbis Ierolymae forte obvenisset; omnibus post ascensum Domini distractis ac dividendis, pecuniam ad pedes Apostolorum projicere in terram, ut corda erigere possent in caelum, quod Christum jam praesertim contempserant. Hunc morem sedulo a fidelibus ea tempestate observatum, Lucas in Apostolorum Actis testatur, dicens: Omnes etiam qui credebant, erant simul, & habebant omnia communia, possessiones, & substantias vendebant, & dividebant illa, prout cuique opus erat. Et iterum: Multitudo inquam eorum credentium erat cor unum, & anima una; nec quicumque eorum quae possidebat, aliquid suum esse dicebat, sed erant illis omnia communia. Et paulo post: Possesses agrorum, aut domuum, vendentes, afferbant pretia eorum quae vendebant, & ponebant ante pedes Apostolorum. Dividebantur autem singulis, prout cuique opus erat. Subjungit etiam, Iosephum, Barisabam cognominatum, agrum quem habebat vendidit, pecuniamque Apostolorum conculcandam pedibus apposuit, ut scilicet ea contempta, agrum sibi illum de Evangelio parare posset, in quo absconditus est thesaurus regni caelorum. Matth. lib. 1. c. 2. & Sabel. lib. 2. c. 1.

PHILOSOPHIA.

ANAXAGORAS sapientiarum amore captus, ut expeditior ad eam accederet, campestre praedium ad compascui usum suis reliquit civibus, caetera domesticis paritus est, & hoc affectu ad philosophandum fecit sibi adiutum. Estque facile expertus sublimi vir ingenio, nihil his quae contempserat, sibi opus fuisse, ut praedicere posset, quando saxum esset de caelo casurum. Rogatus aliquando; Ad quid natus es? Ut caelum, inquit;

A inquit, spectem. De patria appellatus, ceu parum hac foret ei cura: Imò hanc curo, respondit, digitum caelo intendens. Sabel. 2. c. 1.

THEBANUS Crates, qui a nullo appellabatur creditore, neque obstratus erat, sed ipsis rei familiaris procuratoribus, curis & negotiis sollicitus, patrimonio suo octo talentorum relicto, obloletum pallium, & peram sumpsit, refugitque ad philosophiam & paupertatem. Plut. de non sanerando.

POETA Philoxenus, ex colonis unus, qui in Siciliam missi fuerant, quum inibi domum & agros sortitus esset feraces, unde ali abunde posset; indignanter verò motes praeratos animadvertisset, ac nimio plus delicatus, & multam praerentem inconcinnitatem: Mò τὸν δὲός, ἀπορῶ ἐπὶ ταύτῃ τὴν ἔραδα ἐξ ἑαυτοῦ, ἀλλ' ἃς ταύτας: Non per deos, inquit, hæc me in perniciem bona dabunt, sed ego ipsa potius. Et cum dicto relicta fociis forte, enavigavit inde. Cel. lib. 7. cap. 10. Lecl. Antiq. & Giraldus Dial. 9. Hist. poet.

Fidei liberanda, servanda. Hucus, qui Depositum, qui Creditum bona fide reddunt. Republica.

ACTS, Lacedaemoniorum rex, non solum augendi fortunas suas desiderio abstinuit, verum renovatis quoque Lycurgi legibus, voluit, ut inter cives omnes fortuna aequarentur, & ut a se hujus rei exemplum proficeretur, omnes opes suas in commune transtulit, atque aliis Lacedaemoniis se opibus aequavit. Plut. in eius vita.

TRANQUILLITATIS, QUIETIS. ANACREON Teius poeta, quinque talentis a Polycrate Samiotorum tyranno donatus, cum duabus ferè noctibus ex cogitatione somno caruisset, reddidit ea Polycrati, inquis: ἀ τὴν αὐτὴν ἄντ' ἵς ἑστῆς, quæ diceret, Tanti curam non emo. Gyr. dial. 9. Hist. poet. ex Suida.

Fuerant Sigismundo Caesari ex Hungaria allata quadraginta millia numum aureorum, quae ubi noctu adveniant, in quos converteret usus, sollicitè cogitaret, per cubicularios oculis consiliarios omnes ac militum duces ad se vocavit, & aperta Caesari: Ecce (inquit) crudelissimi mihi hostes ac carnifices (numo ostendens) omnium mihi eripuerunt, accipite ac inter vos dividite, ut mihi tranquille dormire liceat. Distributa itaque pecunia inter eos, cum exirem viri ad consiliis Recedit jam aut a me tortor ille, qui me flagellavit; securis jam quiescam. Cuspin. & Rens. Sylv. 1. c. Common. Alphonum.

ARISTIPPUS Socraticus, in navigatione propter opes quas vehebat infideliis oppetitus, eas in mare abiecit: Harum, inquit, interitus, mea salus erit. Suidas.

DONATELLUS Florentinus, staturarius, pecuniam omnem in distella ex officina digno suspensa semper habuit, ut cuiusviam corum quandocumque, quantumcumque vellet, inde accipere, & tanquam sua uti, sruique liceret. Pompon. Gauricus Neapol. lib. de Sculptura.

EPHORI, cum accessit semper, ut iisque inter senes renunciatus esset, ei bovem honoris causa mitteret, multum ei dixerunt, adjecto clogio, quòd blandimentis, & beneficiis communis cives proprios suos redderet. Plut. de Pietate erga fratres.

PRÆMIA LIBERALITATIS in cultum divinum.

Cenobia quindecim S. Ottonis (Episcopi Badenbergenensis & Pomperatorum Apostoli) pia liberalitate fundata esse invenimur, & copiosis stabilita preventibus. Ex quibus duo sanctissimi. Dei mari data oblatæque esse comperto. Quinque praeterea domicilia constituit, quae cenobiorum quasi seminaria fuerunt, quorum unum sacrosancta virginitas fuit, quod reliquis quatuor praestabat. Longum esset, alia Ottonis monumenta perferre. Retectas basilicas, sacras aedes restitutas, renovata repositaque cenobia, bona Ecclesiis adjecta, pallas, stolas, exquisita tela calices, calices aureos & argenteos, cruces magno impensive pretii, capas, & sericis ex rara materia, urceos, guttula alia ex auro, alia ex argento, turribus, acetras, candelabra, cortinas, vela, tapeta, perflorata artis non vulgaris, sacra vestimenta, omnis generis suppellectilem, & divini cultus instrumenta praecleara, liberos denique, & qui liturgiae servirent, & qui concionem instruerent, nullius oratio comprehendend. S. Georgii monasterium a ruina, & vetustate vindicatum. L. B. Theat. vit. Human. Tom. IV.

dicavit. D. Michaelis cenobium ita reformavit, ut novum esse videretur, monachorum qui in eo vitam debebant, res, & facultates usque admodum, ut talentorum plus nonaginta annua pensione cumulataverit. Abbas Trithemius Ottonem hunc vivum mortuumque scribit claruisse miraculis. Mihi pro ingenio miraculo est, qui tam multa tanquae opulenta monasteria condidisset; tam varias piorum sedes partim exadificasset, partim redintegrasset; tamen ejus opes atque divitias exhauriri nunquam potuisse, ac se quòd plura Deo largiretur, eod ditiorem fieri verissimè dicitare solere; Deus enim qui serentis grana multiplicat, misericordis ac benigni praebitoris agros fundoque dilatat & bona fortunat.

LIBERALITAS SUMPTUARIA. Petre ex Loco de Sumptu. Vbi particulatim differitur, in quas res Sumptus facti.

LIBERTAS. Quæritur Tit. de Filiis, Parentibus, Educatione, Institutione, Amore, Fide, Crudelitate, ut in quibus multa que Parentes bene, vel male filii, vel e converso huius impendunt, repræsententur, atque in unum locum commodè transferri nequeant.

LIBERTAS. Libertus pariter inde derivatur, & is est, qui cum esset servus, factus est liber. Inde etiam sic libertinus, quod est adjectivum nominis, & est relativum ingenii, sicut libertus relativum patroni.

LIBERTAS. Quid est libertas? potestas vivendi, ut velis. Quis igitur vivit, ut vult, nisi qui recta sequitur? Solum hoc contineat sapientia, ut nihil faciat invitus, nihil dolens, nihil coactus. Quis neget omnes leves, omnes cupidos, omnes denique improbos, esse servos? An ille mihi liber est, cui mulier imperat, cui leges imponit, praeripit, jubet, vetat quod videret, qui nihil imperanti negare potest, nihil reculare audet? postic, dandum est, vocat, veniendum, ejicit, abeundum, minatur, extimendum: ego verò istum non modo servum, sed nequissimum servum, etiam in amplissima familia natus sit, appellandum puro. Cic. in paradox.

LIBERTAS. Quid sit libertas? quærit: nulli rei servire, nulli necessitati nullis casibus fortunam in aequum reducere. Sen. 47. ep.

LIBERTAS. Liber non est, quem superbus inflammat animus. Idem in Proverb.

LIBERTAS. Liber est is existimandus, qui nulli turpitudini servit. Cic. 4. ad Heren.

LIBERTAS. Quadruplex apud DD. distinguitur libertas. Civilis, quæ servituti civili mancipiorum opponitur. Moralis, quæ excludit servitutem viciorum, retumque advestantium formidinem; & in hac Stoici ponebant beatitudinem, si nempe quis dicere de se posset: Si fractus illabatur orbis, Impavidum serient ruine.

Spiritualis, ex perfecta charitate proveniens, quæ fortas miratur timorem, per quam amore filiali Deo servitur in spiritu, & veritate. Caestis, excludens omnem cum animi, tum corporis servitutum, & miseriam, & includens omnis boni complementum, & consummatam hominis felicitatem.

S. Bern. lib. de gratia & lib. arbitrio, triplicem libertatem distinguit. Ut alia sit libertas naturæ, quæ necessitati naturali opponitur, & constituit liberum arbitrium: Alia gratiæ, quæ peccato opponitur, & constituit hominem justum: Tertia gloriæ, & opponitur ærumnis hujus vitæ, estque quæ facit hominem beatum.

Metaphisici & Theologi paulò aliter loquuntur, dum dicunt: M m m 2 liber.

A libertatem aliam esse a peccato, aliam a miseria, aliam a necessitate; sed in idem recidunt cum precedenti divisione.

Libertatem tamen a necessitate subdividunt, ut alia sit libertas contradictionis, alia contrarietatis. Hanc vocant, quando voluntas non est ita adstricta uni objecto, quin possit illud velle ac nolle: illam vero, quando voluntas potest quidpiam velle, & non velle.

Rursum libertatem dicunt, aliam esse a coactione, aliam a necessitate. Illa est, qua tamesi fiant necessariis, quae ita dicuntur libera, sic ut non possint non fieri; tamen sponte, ac voluntarie, & libenter fiunt. Quomodo volumus esse felices, ut infelices esse nulla ratione velle possumus. Libera vero a necessitate dicuntur, quae pro arbitrio possumus velle, & nolle, si velle, & non velle. Denique libertatem aliam dicunt specificationis, aliam exercitii; sed solum appellatione nominis a priori fecerunt.

* LIBERTAS,

AC PRIMUM CONSIDERATA

QUOAD SERMONEM,

Pnta LIBERE DICTA, ET FACTA. Vbi multa in commendationem Libertatis.

* APOPTHEGMATA ETHNICORUM.

Senectutis ultimae Stracufana quaedam mulier, Dionysii tyrannidis impatiens, sola quotidie matutino tempore deos, ut superstes esset Dionysius, orabat; quo agnito, eam accersit, curaque id faceret, interrogavit. Tum illa; Quum puella essem tyrannum habebamus, quo carere cupiebam: Eo interfecto, territor aliquando seipsum occupavit, ejus obitum avidius exoptabam. Tertium te superioribus importuniorum habebam: Itaque timeo, ne te absumpto, deterior tui locum occupet. Quam mulieris in dicendo libertatem Dionysius aquo animo tulit.

DIOGENES interrogatus, quid esset in vita optimum, respondit, Libertas; haec enim semel amissa non facili recuperatur. Laert. 1.6. Idem, cum Xenia diceret, amici segebant de eo redimendo. At ille: Nequaquam, inquit, a nescitis, leones non iis ferrire, a quibus aluntur, sed altiores potius ferrire leonibus: Nam leo ubiqueque est, semper leo est. Laert. 1.7.

CRATEROS Alexandri M. praefectus, homo praedives, invitavit Diogenem, ut ad se commigraret, cui respondit: Malle Athenis saltem lingere, quam apud Craterum oppara frui mensa. Senientis, libertatem, quam vis inopem, omnibus divitum delictis praeferebam, ubi minus libertas. Laert. 1.6.2.

Pradicantibus beato Calisthenem philosopho, quod apud Alexandrum apparuit splendide exciperetur: Imo, inquit Diogenes, infelix est, quod illi prandendum cenandumque sit, cum Alexandro vilius fuerit. Sensit, nihil esse beatum, si abfit libertas. Hic est Calisthenes, Aristotelis discipulus, quem Alexander tandem conjecit in carcerem, ubi et perit. Quidam pro Calisthene supponunt ipsum Aristotelem, cujus felicitatem predicantibus, quod cum regis filio viveret; Aristoteles, inquit, prandet, quam vult Alexander; Diogenes, quam vult Diogenes. Ibid.

SIMONEM Atheniensem Peticles ad se invitavit, pollicens se se omnia necessaria praebituros. At Simon se negavit venditurum libertatem. Delectavit hunc imago mutis sylvestris parvo viventis, potius quam domesticum in summis deliciis, sed perperna cum solitudine versantis. Laert. 1.2.14.

LACON quidam interrogatus, quid artis sciret Liber, inquit, esse. Ea gens nec disciplinis philosophorum, nec operibus exercebatur, tantum in viciis animi libertatem tuebatur, nec hominibus nec vitiis ferrire docilis. Plut. in Lacon.

Quidam captivus cum venderetur, ac praeco diceret se mancipium vendere; Seelste, inquit, non te dices captivum? Non puduit duras conditionis, sed puduit tui servilis. Tantis erat libertatis amor. Ibid.

ARGESILAUS, cum quendam admirari videret, quod rex cum ceteris Lacedaemoniis tam frugali cibo vestituque uteretur: Atque, ait, pro hac frugalitate optimam messem metimus, libertatem videlicet. Sapienter admonens, nullam esse voluptatem viri ingenuis libertate luavore, nec ibi diu libertatem esse posse, ubi luxus regnat. Plut. in Lacon. apud & Eras. 1.1. apud.

CLEOMENES, cum e carcere elapsus ad occidentem Prolomam plebem sollicitasset, ne unumque inveniret: Non mi-

rum est, ait, si talibus viris, qui libertatem negligunt, mulie. E res etiam dominatur. Plut.

BURIS & Spartes sponte profecti sunt ad Xerxem regem Persarum daturi poenas, quas Lacedaemonii juxta oraculum pendere debebant, eod quod oratores Persarum occidissent; quos cum Xerxes vidisset, interficere noluit, sed apud se manere iussit. Ceterum quum regis dux inflaret, rogans, diceretque fore, ut in pari honore haberentur cum his, qui inter regis amicos primas tenebant, hunc in modum responderunt; Scimus, quam ingens bonum sit libertas, quam nemo sanus vel cum Persarum regno commutat. Plut. in Lacon.

Quum Philippus in agros Lacedaemoniorum duxisset exercitum, resque in eo statu esset, ut probabile esset eos ad unum omnes interituros, rex dixit cuidam Spartatae: Quid nunc facietis Lacedaemonii? At ille: Quid, inquit, aliud, nisi quod fortiter moriemur, quando nos soli Graecorum liberi esse, non aliis parere didicimus? Nemo servare cogitur, qui mori paratus est. Quam dulce bonum est libertas, quae morte emittitur quam misera res servitus, cui mors anteponitur? Quid igitur mentis dicemus his esse, qui se sponte dedunt in eam servitum, unde nec dato pectore possunt redimi, nec gratuita misericordia liberari? Ibid.

ARENISUS a Cyro captus, quum ab illo rogaretur, cur tributum non tulisset, urbemque muro cinxisset: Libertatem, inquit, cupiebam. Pulchrum enim mihi videbatur, & me liberum esse, & liberis meis libertatem relinquere. Xenophon.

HEAESPERUS cognomento Grobilus, cum Athenienses in Philippum irritaret, quidam e concione suclamavit: Itane bellum nobis invehis, Hegegelipe? Nae per Jovem, inquit, & pullas vestes, & publicas exequas, & orationes funebres, si videri sumus liberi, nec imperati Macedonum parebimus. Significans, libertatem bene enim magno, nec sine negotio posse servari. Eras. 1.5. apud.

EUSEBIUS Philo. Eorum, inquit, qui sedes voluptatis dediti sunt, nullum tu liberum ducas. Hi enim multo saevioribus dominis quam vili mancipia serviant. Stob. ser. 6.

ELICTETUS dicebat, nullum esse servum, qui animo sit liber. In Encubr.

PYRRHUS, cum Athenas veniens, in arce Palladis rem divinam fecisset, eodem die descendens ex arce, Athenienses virga se animum, & fiduciam vehementer laudavit, & admodum sapientem postea cuiquam regum portas (si modo patere libertatem tueri vellent) aperirent. Significans, regibus, imperatoribus, ac principibus semper in viam esse libertatem, omnemque conatus, ac vires eod intendere, ut libertatem extinguant, ex liberis servos sibi faciant. Eras. 1.4. apud. Plut.

METRON, quo die decretum de Pyrrho vocando sancti per populum Tarentinum debebat, & multum in concione ferebat, accepta corona, & lampade, cuius ebris, tibicine dicente, ludibundus in concione pervenit, & ut in turba populari alius applaudentibus, alius ridentibus, utque procederet in medium, invitantibus, processit ille, & quasi cantantur assidit. Sed ubi silentium nactus est: Viri, inquit, Tarentini, bene facitis, quod jocarit & ludere volentibus, dum licet, permititis: si tamen sapitis, cum hi hac ludorum libertate framinis, antequam Pyrrhus adveniat, hanc & aliam omnem libertatem aboliturus. Nec fin mendax. Nam quamprimum advenit Pyrrhus, ludis & tripudiis Tarentinis interdixit. Bras. 1.5.6.2. ex Plut.

BRUTUS in Tarquiniorum ejectione dicebat, ex duobus alterum esse eligendum, aut vitam libertam, aut mortem gloriosam. Bras. 1.3.6.2. ex Livio.

CICERO duo semper sibi contingere optabat, primum, ut moriens pop. Rom. libertatem relinquere, quod nihil a diis immortalibus majus dari posse dicebat; alterum, ut ita citaque eveniret, ut de Repub. esset meritis. Cic. in Phil.

PYTHAGORAS neminem liberum esse dicebat, nisi qui sibi imperaret. Stob. ser. 6.

BION bonos famulos libertate frui dicebat, at malos liberos, multarum cupiditatum servos exitere. Stob. ser. 6.

ARISTIPPUS, Dionysio recitanti versiculum ex Sophoclis Tragedia:

Πρὸς ἃν ἵνα πᾶσι τοῖς ἑσπερῶν ἴσται, καὶ ἐν δῶδε ἴσται, οὐδὲν ἔστιν ἄλλο, ἢ τὸ εὐνοῦναι τὸν τύραννον, ἢ τὸ εὐνοῦναι τὸν τύραννον, ἢ τὸ εὐνοῦναι τὸν τύραννον.

Arrippus correcto posteriore versiculo respondit:

Oὐδὲν ἔστιν ἄλλο, ἢ τὸ εὐνοῦναι τὸν τύραννον, ἢ τὸ εὐνοῦναι τὸν τύραννον, ἢ τὸ εὐνοῦναι τὸν τύραννον. Hand. servus est, si liber ille venerit. Significans, non esse verè liberum, nisi cujus animum se-

A metique libertati philosophia. Etenim verè liber est, qui quibus ingenio natus est. Quidam hoc dictum adscribunt Platoni. Laert. lib. 2. cap. 8.

Horat. Serm. 1. S. vii. 3. Quisquam igitur liber? Sapientis, si quibus imperiosus, quem neque pauperies, nec mors, nec vincula terrent, Responsurae cupidinibus, contemneret honores, Fortis, & insipientibus veras atque rotundas, Externi ne quid valeat per leve morari, In quem manca ruit semper fortuna.

* CHRISTIANORUM.

Ex Apophtheg. Christian. Laurent. Beyerlinck. Multos in dicendo commendavit gratia, & venustas; plerisque commendat, & juvat audacia, & libertas; praesertim si is qui dicit, justè & cum ratione dicit, quomodo fecisse Apostolum Paulum sacra testantur litterae: dum enim in carcerem missus, & cæcus ab sanatan puellam Pythionissam, tandem per magistratum dimitti juberetur: Cæcos, dicebat, nos publice, imo demeritos homines Romanos, miserunt in carcerem, & nunc occulte nos eiciunt. Non ita, sed veniant, & ipsi nos eiciant, quasi dicat: Veluti nos publico probro affecerunt, ita & publice nos inculpato, & insontes ostendat. Act. 16.

Quin idem in concilio productus, cum se bona conscientia ante Deum usque in illum diem conversatum diceret, Princeps Sacerdotum Ananias eo ejus petenti iussit. Ad quem Paulus, Percutiet te Deus paries dealbate, inquit: Et tu sedens iudicas me secundum legem, & contra legem jubes me percuti. Act. 23.

De Episc. Anastasio autem accepimus, interrogatum, cur ita pecunia suas profundere, per cavillationem liberè respondisse: Ideo ne a communi pernicie Justino auferatur. Niceph. Call. lib. 17. cap. 26.

Erat Fredegundis Francie Regina, improbitatis omnis & inhumanitatis sententia. Hæc Prætextatus Præsulem Rothomagi, cui eximiam virtutem, & vitam innocentem invidebat, lethalit vulnere percussit, ac mortis (ut simulabat) occurrir creditur, ut oculos in ejus angore palceret) questus & iram miscuit, quod in talem virum paratum esset scelus, & auctor lateret, at Prætextatus vicina morte liberis: Minime, inquit, dolui quippe Chalpericum maritum suum occidit cutaverat. I. Lips. Mon. Pol. lib. 2. cap. 2.

Fuit Jo. Pains Presbyter Anglus, ex iis, quos Angliae lanæna sub Elizabetha absorpsit, qui dum Eleo, cuiusdam testimonio, Elizabethæ reus denunciaretur, liberè & impavidè: Est, ait, contra legem divinum, & humanam, ut unius infamis hominis testimonio reus condemnetur. Mar. Angl. an. 1582.

Quid verò viros hic pœque? quasi hac dicendi libertate constantiam carere intemius lexus. Unicam Pelagiam proponi quæ ad bover æneum commoda, ac iusta a Diocletiano vestimenta evocet, magna voce eum appellans: Recordate, ait, uxores pœctices tuas eadem qua ego carne indutas, vestibusque rejectis, nuda ad successum machinam properavit. Metaph. in vita.

Civilitas adscribam, & inter ea primum Sigismundum Imp. Dam namque quidam Constantiam omnem libertatem ademptam quereretur, inquebat: Sectis se res habere. Quin si deest hic summa libertas, tu nunquam tam liberè loquereris. Indicabat magna libertatis signum, liberè posse loqui. In ditto Sigism. apud Eras. 5. vii.

Grave illud & ferium, jocosum hoc a Ducis Saxeantæ Militate profectum:

Tempore quo bellum cum Cesare Saxo gerebat, Seria festino haec verba fuit alia loco. Bellica Saxonicæ quidam Ducis arma secutus Miles, ab adverso militis capite erat. Ex quo Cesareas cupiens resciscere Princeps, Eset quam a Ducis copia, quam a manu? Ille sicut aquilam qui territat evasser armis Saxo tuus, quantum robotis, inquit, habet? Miles ad hæc; Demoror, ait, cur talia queras? Cum Duce iulianum mente fuisse putas? Greg. Sabinus in Epigr.

Vide infra. Libertas Sancta. Pro defensione, &c.

* LIBERTATIS CONDITIONES.

MATHIAS Corvinus Ladislaj Regis Bohemix filius, cum in L. B. Theat. vii. Human. Tom. IV.

Georgii Poggiebrachii (qui postmodum regno successit) potestatem devenisset, multoque apud eum tempore, non indoctore tamen carcere detineretur, tandem ad Hungarix regnum aditus est. Mittuntur nuntii in Bohemiam. Quibus auditis, Georgius adolescentem regium sibi conatum, præter morem, ex imo loco assidere iussit. Eoque percontandis, & athonito, cur ita id fieret; Quid, inquit Rex, mihi exolveris Mathia, filia nuntii te reddidero certiorero? Cui ille. Nihil mihi, o Rex, libertate aut latus aut gratus evenire potest; quam si concesseris, me æternum tuo honori devinctum scitu. Vere & scite Comicus:

Liber captivus aut serè similis est. Semel fugiens si data est occasio, Satis est, nunquam post illum possis prendere. Mansterius de Germ. l. 3. c. ult. Beyerlinck in Apoph. Christi. Verum longè alia Sapientibus Libertas, non corpus tantum sed & animum afficiens, de qua locutus aliquando Alphonsus R. perhibetur. Percontanti namque, quanam foret liber, assumens illud Horatii, ajebat:

— Sapientis, si quibus imperiosus, quem neque pauperies, neque mors, neque vincula terrent, In Diis Alphonsi.

Quæranur ex utroque ordine infra in loco de Locatione. Inter Apophthegmata. Unde multa nec poterunt transferri, vel hinc illuc.

* LIBERTAS SANCTA.

Pro Defensione Ecclesie, & honoris Divini. Nempè qui intrepide, & libere pro veritatibus defensione locuti fuerunt.

Exempla sacra, petantur ex: Loco de Correctione, ubi & pleraque alia. Historica verò sub compendium relata repeririuntur in Loco de Concione. Titulo eorum qui liberè magnaque alacritate, pro Dei honore resistunt viis Principum, & Magnatum.

Hic amem nonnulla producemus, ne in tam fertili campo degeneret fuisse experiamur.

Anno 25. sui imperii impurus Anastasius Episcopum Oeniandum audiens discretum admodum esse, & qui ora omnibus sententia de passo Deo assertoribus obdurat, eum hortatus est, ut ad suam factionem desiceret, pollicens, eum quidquid perisset, illico accepturum. Cui Episcopus: Tu, inquit, potius ad Orthodoxos transi, ne dum opinionis impiorum hominum Severi, Eurychis, & Diocetii amplecteris, æterno igni addicaris; simulque apprehendens Imperatoris clamydem; Hæc, ait, vestis nequaquam te post mortem sequetur, o Imperator, sed sola te comitabitur pietas, ac virtutum habitus. Missam fac Ecclesiam, quam Christus suo redemit sanguine. Inductus es, & ratiocinandi ignarus, neque ullum Ecclesie decretum perfectè intelligis, tantum impostoris & curialibus calumniis fatuos terres. Satis sit tibi dignitatis, quod Imperator es; Antistites Ecclesie vexare noli. Ad hæc Imperator pudore insulfus obtumuit. Pauperimus autem cum esset ille Episcopus, nec obolum quidem ab Imperatore voluit accipere, adeò liber erat, & solius in Deum fidei, ac pietatis rationem habens. Jo. Zonar. 10.3. Annal.

Paulo post assumptam Episcopalem dignitatem, cum S. Ambrosius valde liberè Valentiniano Imper. verba faceret, reque nonnullas tanquam non rectè a Magistratus administratas argueret; respondit Imperator: Novimus jam pridem tuam in loquendo libertatem. Qua exploratè cognita, non modo tux in Episcopum ordinationi non resisti, verum etiam suffragatus sum. Theodor. 1.4. hist. Eccles. c. 6.

Magnus ille Jo. Chryostomus, tulcepis Ecclesie Constantinopolitanæ gubernaculis, cepit intra quatuordecim facinorosa graviter coarguere, Imperatorem Arcadium, eoque conjugem fatalititer admonere, orare sacerdotem, ut ex praescripto legum ab Ecclesia sanctuarum vitam infiantur; eos autem qui ista temerè violare aggrediebantur, aditu sanctuarii prohibere. Non est æquum, inquit, ut sacerdotibus honore fruatur hi, qui vitam eorum, qui sunt verè sacerdotis, non studiosè imitentur. Atque hoc modo profectus non solum civitati, verum etiam toti Thraciæ, quæ est in sex Episcopatu divisa; & cunctæ etiam Asiae, quæ undecim habet Antistites. Ponticam præterea Ecclesiam, quæ eundem habet Episcoporum numerum quem Asia, eidem legibus admanavit. Theodor. 1.5. hist. Eccles. c. 28.

Cum S. Lupus Trecentis Episcopus, sanctitate clarus, Attilæ flagello Dei Hunnorum Principi eod cum exercitu venient

occurrisset, & pro patria intercederet, & Princeps seros delere omnino civitatem proponeret, divina virtute, tum ipse, tum exercitus, neminem videntes transferunt per civitatem, à porta usque ad portam, veluti cæcitate percussi; sique patria salvata est. Qui res Attilæ suscipiunt, hæc etiam adiciunt: Lupus habitu indutus Pontificali, cum multitudine Cleri, Attilam advenientem sibi obvius. Is, facta salutatione, interrogat Attilam, quisnam es, qui tot Regibus devictis, nationibus, populisque prostratis, urbibus evertis, cuncta sibi subderet? Cui Attila: Ego, inquit, sum Rex Hunnorum Attila flagellum Dei. Ad hæc Lupus: Et quis est mortalium, qui Dei flagello resistit? Veni igitur Dei mei flagellum, illoque utere, ut Deus concedit. Ad hæc verba Barbarus emollitus, Trecentem urbem illam tranxit. *Ex Petr. in Carol. l. 6. c. 1. & alii, Baron. c. 6. Annal. an. 451.*

Cum Romam ardenti furore idem Attila rapere, jamque copias, ubi Minejus in Padum insuit, traicere parare, occurrit ei Pontifex Leo, malorum Italia impendunt misericordia motus, cujus divina eloquentia persuasum est Attilæ, ut egressus retur. Qui interrogatus à suis, cur præter consuetudinem inflexus esset, atque tam humiliter Romani Pont. imperata faceret? Respondit, & confessus est, quod verum esset, nimirum se vidisse, Leone loquente, autem alium quendam habitu sacerdotali decorum, quid divinum præ se ferentem, minantemque mortem, nisi Leonis Papæ iusta capesseret. Alii textus habent, inquit Baronius, quos viros apparuisse, alterum à dextris, à sinistris vero alterum, quorum visione perterritus nihil sibi præterea fuisse reliquum, quam quod minaci vultu Numen exigeret, ipse homo quomodo persolveret, quod non esset mortalium facultatis divinitati resistere, vel in superos bellum inferre. Testabantur quidem ipsa verba fatenti interrupta pavore, atque concita tremore verba, trucis ac inexorabilis vultu pallor, & robusti audacifque animi improvise dejectione, atque totius simul corporis confectio. *Apud Baron. c. 6. Annal. an. 452.*

Cum Henricus II. Rex Angliæ, convocatis ad se Episcopis & proceribus regni, leges ferret utilitati, ac dignitati Ecclesiasticæ pugnantibus, Thomas Cantuariensis Episcopus, qui antea in administrando Cancellariæ munere præclarè se gesserat, adeo constanti obstitit regie cupiditati, ut neque pollicitationibus neque terroribus de sententia decedens, in exilium pulsus sit. Moxque propinqui ejus omnis ætatis egressi, amici, fautores omnes, iis quibus per ætatem liceret, iurjurando adstrictis, universos Thomam adituros, si forte miserabili suorum calamitatis aspectu moverentur, qui à sancto proposito privatis incommodis deterri minime potuissent. Non respexit carnem, aut sanguinem, neque utilitatem in eo humanitatis sensus pastoralis officii constantiam labefactavit. Contristit igitur se ad Alexandram tertium Pontificem, à quo benigne acceptus est. Inde ad Pontificem monasterium profectus est. Quod ut cognovit Henricus, missis ad conventum Fratrum Cisterciensium minacibus litteris, Thomam inde exire conatur. Quare vit sanctus veritus, ne sua causa mali aliquid Cisterciensis familia pateret, sponte discessit, & Ludovicum Gallie Regem ejus invitatu convenit, ubi tandem fuit, quoad Pontificem Max. & ipso Rege agentibus, ab exilio summa rotas regni gratulatione revocatur. Qui dum boni pastoris officium securus exequitur, ecce ca-lumnatores ad Regem defruunt, eum multa contra regnum, & publicam quietem moliri, ut propterea sepius conqueretur Rex, se in suo regno cum uno sacerdote pacem habere non posse. Ex qua Regis voce nefarii satellites sperantes gratum se Regi facturos, si Thomam è medio tollerent, clam convenientes Cantuariam, Episcopum in templo Vespertinis horis operam dantem aggrediuntur. Qui clericis templi aditus præcludere conantibus accurrentibus, ostium aperuit, illis ut usque ad suos: Non est Dei Ecclesiæ custodienda more castrorum, & ego pro Ecclesiæ Dei liberem mortem subibo. Tum ad milites: Vos Dei iussu cave, ne cupiam meorum nocere. Deinde flexis genibus, Deo, beata Maria, sancto Dionysio, & reliquis sanctis ejus Ecclesiæ patronis Ecclesiam & seipsum commendans, sacrum caput eadem constantia, qua iniquissimi Regis legibus resistat, impio ferro præcidendum obtulit, & Cal. Januarii, anno Domini 1171.

Anno Domini 1173, Fridericus Godesfridi Ducis frater, Ecclesiæ Romanæ Archiepiscopus, Constantinopolim Apostolica Sedis legatione abierat. Inducta Synodo, cum Imperator Constantinopolitanum, & Patriarcham evocasset, & illi primatus sui majestatem vindicantes, dicto obtemperare dedignantur, egressus urbem sanctalia sua more Apostolorum publice super eos excussit. Quo facto tantum terrorem omnibus Constantinopolitanis incussit, ut Imperator, & Patriarcha cum Clero, & populo sequenti die sacco, & cinere obvolu-ti ad eum procederent, & Apostolicam auctoritatem in eo prout in terram adorarent. *Lamber. Schafnabr. de reb. gestis Germanorum.*

LIBERTAS AB IMPERIO,

ET JURISDICTIONE ALIORUM.

VEL SACRO.

HENRICUS Archip. Guelnensis, perfecit diligentia, & auctoritate sua, ut Lesci Albi principis, atque omnium ducum provinciarumque Polorum consensu, & universi convenis constitutione, Sacer & Ecclesiasticus ordo omnis, cum adscriptis etiam, & subditis suis, ab omnium profanorum judicium, etiam ducum, atque ipsius summi principis jurisdictione profus liber esset, ita ut non ex exceptionem quidem ullam, aut reconventionem, pertrahi ad illum profanum, sive laicum, ut vocant, forum possent. Eamque constitutionem Pontificis Max. & Sedis Apost. auctoritate confirmavit. *Cronerus. l. 7.*

PROFANO.

Sub Saturno regem Aetia secula fuisse dicuntur, cum propter rerum copiam, tum etiam quod nondum quilibet servivire, vel libertate discriminabat. Quæ res intelligi potest ex eo, quod Saturnalibus tota servis licentia permittitur, & domini ministrant. *Macrobius. lib. 1. Saturne. 7.*

Syleus Ulyssis quærenti, quomam Cyclopes uteretur domino, apud Euripid. in Cyclope, sic respondet: *— avari sibi sibi dedit, patet vero nulla in re nullus nulli.*

Quod ante illum Homerus de iisdem scripsit, atque dicitur in *— deus sibi sibi dedit, patet vero nulla in re nullus nulli.*

Scythiam nemo unquam ab omni ævo domuit. In causa est, quod delicatam, & luxu ditentem vitæ rationem ab initio perosi, nec frumentum edunt, nec vinum bibunt Scythæ. Quamobrem neque terram arant, neque vineam orbem colunt, neque alias fruges ferunt, unde inferioribus incolæ victitant. Quæ cum Scythis, quippe asseritis, minimè gravis, at contra Pontificem arma sumerent, Caroli M. armis à Zacharia, Stephano II. & Hadriano I. Pp. evocati, everti sunt. Labente inde post Carolum ob insinuat regnorum inter filios divisionem, & regnandi libidinem imperio, quantum de Francorum dignitate potentiaque decessit, tantum Italico- rum libertati amplitudinem creverit. Mortuo enim Carolo Cra. Imp. sine liberis, Itali decreto Hadriani III. Regium titulum à Barbaris ad Italos transferendum censentis, summam sibi re- rum accipere nifi, intestinis populorum discordiis Italiam per- turbatur, ac seiplos profus unam cum Ecclesia perdidit, ea tempora in Rempub. inferentes, quibus nulla alia tetiora, ac feustiora fuisse, vel principum nequitiâ, vel populorum insania, in tota antiquitate reperitur. Primus enim Berengarius, an. 888. regni titulum sumpsit. Berengarius II. an. 960. cum ducatum Spoletanum, Sarbone dux mortuo, ad se traheret, Joannes XII. Pp. Othone III. Germaniæ regem spe regni Italici, & Imperatori tituli evocavit. Itaque Italia deinceps sub Othonibus, & Henrico II. & III. floruit. Otho enim Regni civitates pleraque liberas, tributarias omnes reliquit; nam quarundam etiam perpetuos Marchiones, aut Comites, superiore sibi reservato jure, constituit. Libertatem dautem civitatum in eo serè posuit, ut leges, consuetudines, jurisdictionem, magistratus, vectigalia, sui fermè juris atque arbitri haberent, ita tamen, ut sacramentum regibus dicerent. Quocirca alios sibi prefectos rex, alios civitates ipsæ constituerunt: Ac quos quidem Rex ad jura reddenda, & populos in fide continendos in provinciis collocavit, illi Missi, sive nunci, sive legati Imperatoris vocati. Quos verò populæ ad regendam civitatem, & jura moderanda posthac creatur, ii Consules duo aut plures fuerunt, ex antiqua Romana reipub. consuetudine sumpti, qui quotannis ex singulis civitatibus creati, aut apud Episcopum civitatis, aut apud Anticum regis jurant, atque eos ante Friderici primi imperium pratoribus peregrinis, quas Potestates dixerunt, ac vulgè post usur- parunt, prætulere. Jam verò Henrico IV. dignitatum sacra- mentum investituram per baculum, & anulum, & non tantum per scriptum ad se trahente, Simoniacæ hæresis titulo diris à Gregorio VII. excogitato, cum à fide ei data omnes passim ab- solverentur, via quodammodo deflectionibus ostensa, & fun- damenta libertatis Italica facta. Nam cum patri dejecto Hen-

A jussu, quod diceret, libertate tui Græcos jam dedidisse.

Pausanias in Achaiciis.
Fenit, Priamum quendam, ex majori Priami fore or- tum, eodem tempore, quo Antenor & Aeneas in Italiam vene- re, per Euxinum & Maronem in Scythiam penetrasse, ubi Siambria fit usque ad eam, atque inde postea Sciambrici dicit. Habuit Trojanam manum, quæ illum secuta est, luxuriosa incrementa, tenuisque sedes, quas à principio sortita est, plures ætates. Postremò Halanis res Romanas inestitæ adortis, Va- lentinianus I. Cæsar edictum proposuit, ut quicumque homi- num Halanorum conatus infringere, decem annos omnium immunis essent tributorum. Sicambri eam gentem bello ador- ti, victos exilio dedere, suntque ob id meritum in decem an- nos libertate donati, & Francorum nomen adepti: Francos Itali Liberos appellant: Inedit interea adeo animis libertatis dulcedo, ut post decennium detractare coperint imperium. Bello itaque repetiti, acieque dimitere ausi, missis diebus, ipsi ex parte mullæ maxima obsidione circum sunt. Qui pugna superaverunt, Marcomedes & Sunonis ductu in Germaniam ingressi, in Turingiam confluxerunt. Suno sine liberis decessit. Ex Marcomede Faramundus ortus, quem Franci sibi regem creaverit, atque hic primus nomen in ea gente tu- lit. Clodoveus Faramundus successit, qui cognomen fuit Crini- to, à quo Francorum reges Criniti. Iidem hominum tem- pestate illa, qua Gothi urbem Romam invaserit, Rhenum transgressi, eam comitate Gallie partem Romanis ademerunt, quæ est trans Ligetum, alia denique alia appendendo, in Aquitaniam usque promovere arma, itaque ditius fecere. *S. abell. lib. 3. Etn. 10.* Alter Crantzius, Frank Germanorum lingua, liber dicitur, nulli obnoxius servitus. Quod Franci Teutonnes nomen meruerunt sub Valentiniano I. Imp. dum ejus iussu Saxones, & Rom. Impetio militantes irruptionem, repræstent. *Craniz. lib. 4. Metropol. cap. 13.*

Pontificem Rom. cujus sacrorum ergo auctoritas est maxi- ma, Gothorum tyrannide pressum, Justiniani armis per Beli- sarium, & Narsetem in eum tota Italia liberatum fuisse constat, & exarchatum constitutum Ravenæ, cum reliqui Italiani Longobardi occupassent. Mox Græcorum Exarchatu, qui propter cunctum imaginem à Pontificibus distidit, eorumdem hortatu à Longobardorum regibus sublato: Longobardi deinceps, cum contra Pontificem arma sumerent, Caroli M. armis à Zacharia, Stephano II. & Hadriano I. Pp. evocati, everti sunt. Labente inde post Carolum ob insinuat regnorum inter filios divisionem, & regnandi libidinem imperio, quantum de Francorum dignitate potentiaque decessit, tantum Italico- rum libertati amplitudinem creverit. Mortuo enim Carolo Cra. Imp. sine liberis, Itali decreto Hadriani III. Regium titulum à Barbaris ad Italos transferendum censentis, summam sibi re- rum accipere nifi, intestinis populorum discordiis Italiam per- turbatur, ac seiplos profus unam cum Ecclesia perdidit, ea tempora in Rempub. inferentes, quibus nulla alia tetiora, ac feustiora fuisse, vel principum nequitiâ, vel populorum insania, in tota antiquitate reperitur. Primus enim Berengarius, an. 888. regni titulum sumpsit. Berengarius II. an. 960. cum ducatum Spoletanum, Sarbone dux mortuo, ad se traheret, Joannes XII. Pp. Othone III. Germaniæ regem spe regni Italici, & Imperatori tituli evocavit. Itaque Italia deinceps sub Othonibus, & Henrico II. & III. floruit. Otho enim Regni civitates pleraque liberas, tributarias omnes reliquit; nam quarundam etiam perpetuos Marchiones, aut Comites, superiore sibi reservato jure, constituit. Libertatem dautem civitatum in eo serè posuit, ut leges, consuetudines, jurisdictionem, magistratus, vectigalia, sui fermè juris atque arbitri haberent, ita tamen, ut sacramentum regibus dicerent. Quocirca alios sibi prefectos rex, alios civitates ipsæ constituerunt: Ac quos quidem Rex ad jura reddenda, & populos in fide continendos in provinciis collocavit, illi Missi, sive nunci, sive legati Imperatoris vocati. Quos verò populæ ad regendam civitatem, & jura moderanda posthac creatur, ii Consules duo aut plures fuerunt, ex antiqua Romana reipub. consuetudine sumpti, qui quotannis ex singulis civitatibus creati, aut apud Episcopum civitatis, aut apud Anticum regis jurant, atque eos ante Friderici primi imperium pratoribus peregrinis, quas Potestates dixerunt, ac vulgè post usur- parunt, prætulere. Jam verò Henrico IV. dignitatum sacra- mentum investituram per baculum, & anulum, & non tantum per scriptum ad se trahente, Simoniacæ hæresis titulo diris à Gregorio VII. excogitato, cum à fide ei data omnes passim ab- solverentur, via quodammodo deflectionibus ostensa, & fun- damenta libertatis Italica facta. Nam cum patri dejecto Hen-

ricus V.F. successisset, Mediolanenses primùm, deinde etiam E- eorum exemplo alii libertate luxuriantes, ac Regis arma despici- entes, controversias, quæ Regis ante componi sententia consueverant, armis disceptare insituerunt. Quinetiam cum Henricus eadem de causa cum Paschali II. dissentiret, & Itali- corum alii imperiales, alii Pontificis partes sequerentur, liber- tatis usurpandæ studio adhuc magis exarere. Ego quod Hen- rico aut patiente, aut certe non vindicante, Mediolanenses cum vicinis insituerunt, ut de omnibus controversiis inter se non jure, judicioque contenderent, sed bello, armisque de- cererent; id proximis regibus Lothario IV. Conrado III. re- rum potentibus, pleraque omnes civitates facere perire- runt. Fuit autem nescio quo modo eorum cæptis consiliisque fortuna, quod Reges ipsi Germanicis sedandis seditionibus occupati, aut res respicere Italicas nequiverunt, aut demùm in iplo conatu rerum extrinseci subito decesserunt. Itaque cum Fridericus I. eos ad officium reducere conaretur, Mediolanensibus subactis, & evertis, reliqui metu pariter. Quam- primum verò Friderico ob investituram factam cum Hadriano IV. mox etiam cum Alexandro III. contentio intercessit, sacris interdictis, invitati Itali sacros inter se percussere, ab Imp. dese- runt, & dum pontificis partes sequebantur, sensim libertatem sunt adepti; ab ipso etiam Friderico, ut Henrico V.F. regni Italici reliquis conservaret, incelebrata illa pace, Constantiæ data, confirmata. Henricus Siciliæ regnum per uxorem Con- stantiam sibi debitum armis vindicavit. Eo mortuo, & Friderico II. puero relicto, dum Philippus Hentici frater, & Ocho Saxo per decennium integrum de regno Germanico comendunt Innocent. III. Pp. Tullizæ & Spoletanæ ditionis occupandæ fa- cultatem habuit amplif. reliquis Italici à iugo Germanorum lib- ertis. *Sigon. regi. Ital.*

Germaniæ liberae civitates eas appellant, quæ certo, ac definito censu imperii auctoritate agnoscetes, in reliquis omnibus suis legibus, non imperio iure augendo, sed pro- priae libertati conservandæ, operam dantes, vivunt. *Quiciardinus lib. 7.*

Dhietmaris, Holfatiæ in Saxonia populis (Holfaren autem tanquam inter memora sibi, nomen habent, cum è contra palu- dium incolæ dicantur Merslude) paludes habitans, opportunitate loci in victis, liberum se asserit, Bremenem tantum Ec- clesiam exiguo tributo agnovit. Holfatiæ comes sepius eos jugum mittere aggressi, maximas clades sunt passi an. 1222. & 1404. Christiernus I. Danorum rex, cum à Friderico III. Imp. Holfatiæ comitatu in Sclevisenlem ducatum ablorp auctus, investituram Dhietmarforum terræ obtinisset, Dhietmaris frustra libertatem avitam prætentendibus, Joannes, qui Chris- tierno successit, maximo exercitu pedum, & equitum in palu- des ingressus, horrenda strage affectus vix effugit, anno Sal. 1500. *Craniz. lib. 13. c. 26.*

VECTIGALIBUS,

TRIBUTO.

Immunitas Tributorum, & Vectigalium per se ad Libertatem pertinet; per accidens vero propter consuetudinem Damnum vel Ignominiam, ad locos Pauperum, & Ignominie referri potest.

Apud Aegyptios, cum quintas annuorum proventuum regni quotannis pensitent, soli sacerdotes immunes sunt. *Gene. 47.*

Calahites, milites Aegyptii, tanta immunitate donati, ut singulorum quodcumque agri sint immunes, singuli agri centum cubitorum Aegyptiorum quoquo verus. *Herodotus lib. 2.*

Cum olim ad investigandam Helenam à Theseo raptam Tyndaridæ cum magnis copiis oram Atticam invasissent, & populos è sedibus suis elicerent, ignari, quoniam loci subducta Helena esset, tunc Decelentes (sic tribus quædam apud Athenienses vocatur) serunt, & ut quidam volunt, ipse Decel- eus, tum dolore damni, quod Theseo fieret, tum metu totius Atheniensium soli, ne valeret, exposuisse illis omnem rem gestam, eosque deduxisse Aphidnas, quas Tirus indigena Tyndaridis proderet. Quo ex facto Decelentibus permansit ad hanc usque memoriam in Sparta civitates vectigalium, & dignitas præsidendi, adeo quidem, ut bello, quod multis postea annis inter Athenienses, & Peloponnesios gestum est, *Mmm 4 La.*

A illius desiderium, nemioque magis quam Cn. Pompejus absentem desiderabat, ponitebarque hominem Clodii iniurie non ivisse obiam: quippe qui Cicerone in exilium acto, pari ferocia Pompejum vexare adortus erat. Ergo auctor fuit T. Anron Trib. pleb. ut rogationem ad populum ferret, de Cicerone ab exilio revocando. Quae res ingentes in urbe & tota Italia concivit motus. Clodius cum sua factione Tribunitiae rogationi obstat, eoque adnrente, aliquandiu nihil agi poruit. Certatumque est interim in publico armis, Tribunitiae potestas violata, multi quoque interfecti, adeo ut Q. Ciceronis frater inter cadavera latrans sit servatus. Postremo Pompejus ingenti honorum manu, multitudineque ad hoc ipsum ex tota Italia collecta, Clodium foro expulit: auxilioque fuit, ut populus sine alio majore motu rogaretur. Nunquam major de aliqua re consensus Pop. Rom. fuisse dicitur, neque tantum totius Italiae studium, quae ob hoc ipsum Romanum undique confluerat: ut non magis eleganter quam verè postea Cicero fit gloriosus, Italique humeris se ab exilio reportant. Senatua charitate & benevolentia cum populo certavit, decrevitque, ut publice laudarentur civitates, quae Ciceronem accipissent, ut domus ejus, & villa publico instantentur sumptu. Rediit sextodecimo mense postquam urbe ejeclus est, tanta omnium ordinum gratulatione, ut officiorum frequentia diem totum in urbis ingressu consumperit, dum obviam procedentes complexu & osculis excipit. *Sabellius lib. 5. Em. 6.*

Crudelitate Ebrolni Magistri equitum sub Theodorico rege Francorum nobilissimi quique exilio metum crucians nequiciae antevertebant, & in Austrasiam confugiabant. Ibi Pipino duce creato, ejus consilio communem legationem in Franciam miserunt, quae oblivitionem injuriarum, reditumque suppliciter peteret: quod id salutaris videretur, quam minis denunciantioneque belli exemplo agere. Quorum precibus moveri potuisset rex: sed pervicit factio eorum, qui exulibus bona invaserant, & Bertarius magister equitum, ut responderetur legatis exulum, ne deceps ageretur desiderio veteris patrie, cujus charitate se exules, quamque exilio & diminutione capitis amississent. Quo responso Exules ita sunt excacerbati, ut Pipini auspiciis regem ad Textricium aciem ruferant, Bertarium per conjuratos interfecerint, patriam repperant, & Pipinum Magistrum equitum creaverint. *Amilii lib. 1.*

Scoti à Pictis & Romanis, cæso Eugenio rege, ex Albione ejecli, in Hebrides, Orcades, Hiberniam, Daniamque exulatum ire coacti. anno Christi 379. ab initio Scotorum regni in Albione 712. Interea cum Picti à Romanis armis premerentur, quadragesimo quarto post anno Fergusio, Eugenii regis ex Ethodio fratre, pronepote, de Dania evocato, regni Scotorum repetendi auctores fuerunt: eoque recuperato, conjunctis animis viribusque contra Romanos, inde etiam contra Saxones & Anglos multis victoriis clari perstitere. *H. Bediius lib. 6. & seq.*

Premislaus, Fridericus Boemorum regis frater, contra Conradum Znoyme marchionem exercitum ducebat. Erat ex familia Verlovicensium (quae propter majorum prodicionem proscripta fuerat, sed eisque sibi in Polonia delegerat) Ratoribus quidam, pollens viribus, manuque promptus, & ob ea Polonis in primis charus. Is tam longi exilii sine sua culpa contracti tedio, ad impetrandum reditum, quocumque ex militari nobilitate, vel cognatione, vel amicitia sibi devinctos habuit, in societatem militiae pertraxit, & opportunè, cum vix tribus millibus passuum à se distarent Premislaus & Conradus, sese Premislae conjunxit. Prælio inito, quatuor hominum millia, pari propè utrinque clade, in acie cæsa sunt, Fridericus Ratoriorum in fidem suam recepit, inducta delectaque omnium injuriarum præteritarum memoria, insignibusque mutatis, ne quid odiosum restaret. Quippe pro Nassaurea (quam Vurs Boemi vocant, unde nomen familiae) fecerunt decussatum sibi coherentes iussus est ipse & posteritas ipsius gestare. Donatus est arce Bavariam prospectante, quam Fryndam vocant, ut fines Boemiae adversus Germanos tutaretur. *Dibravini lib. 14.*

Cosmus Medicus, essi amabitilitate morum singularem ab omnium ordinum hominibus gratiam mature collegerat, circumventus tamen ab amicis, qui ejus potentiam formidabant, in carcerem est conjectus. Verum in tantis viri capitis discrimine confirmata maxima parte civitatis Florentinae, adversus paucorum potentium crudelitatem plurius sententia atque suffragis est impetratum, ut virtuti ac innocentiae parceretur. Inde quum exulatum Venetiis abisset tanta ani-

mi fortitudine ac industria apud omnes egit, ut non modò famam ac fortunas suas obique terrarum egregie conservaret, sed & suis civibus, & Venetiis longè prudentissimis senatoribus multò quam antea sapientior ac admittabilior evasit. Tandem non toto verente anno, in Rep. Florentina aequiflumis hominibus in magistratu succedentibus incredibili studio atque pudore totius civitatis in patriam est redueus. *Jovius in Leone ex lib. 1.*

Petrus Julianus & Joannes Cardinalis qui postea Leo X. Papa fuit Medicei fratres, à Carolo VIII. Gallorum rege ejecli, aquis submerso Petro, tentato quinquies reditu, per xvii. annos exules, tandem Hispanis armis adjuvi in patriam redierat. *Jovius in Leone.*

Vehementer inclinatis Venetorum rebus Ludovicus XII. regis Gallorum & Maximilianus I. Imp. armis, rogabant Antonii Grimani (qui classis Venetorum contra Bajazetem dux, male gesti imperii accusatus, exulabat) liberi Triumvros ex advocatis reip. vellent ob reliqua totius partis suae vias in temp. officia & studia, cum civitati aliquando tandem restituere, ut qui esset jam conclamata senectute, in patria saltem sepeliri sua poster. Itaque Triumvris legem majoribus comitis ferendibus ante diem xv. Calend. Quint. anni 1508. Antonius ab exilio frequentibus sententiis revocatus est, reique pub. restitutus. *Bembus lib. 8. Hist. Ven. Nicolao indè Triviliano templi Martii procuratore mortuo, Antonius magno omnium ordinum favore in ejus locum successus est: atque illa quidem in procuratore eo erat tempore Antonius, cum est exul factus: itaque bis eam dignitatem est adeptus, quod nemini antea contigerat. Idem lib. 11. Hist. Venetæ.*

ANGELUS TRIVISIANUS, qui ob classem in Pado amissam in exilium missus fuerat, reip. Venetæ est pollicitus, se Patavium cum militibus centum quinquaginta iurum, eique urbi praesidio mensum totum sua impensa futurum, si restitatur. Lex est in comitio perlatà, ac illum conditione ab exilio revocari reip. placere. Atque is intra biduum eo cum militum numero se in oppidum intulit, *Bembus lib. 10. Hist. Venetæ.*

CÆDE, SUPPLICIO.

SERVILIUS consul traditur primus legem tulisse, ne quis civem Romanum vinculum clauvum teneret, quò minus edendi nominis ei potestas foret. Et quum primò in cives Romanos verberibus animadverterent, scipulum innocentes ob factionem & gratiam propis invidia forent, & penas locerent immeritas; Porcius Cato pro tergo civium, ne cui impune insultare liceret, legem intulisse ferit: qua si quis verberasset, necesse fore Romanum civem, gravi judicio mortis cruciatum, bonorumque & exilii penis multati sanxit: quam legem Sempronius consul alius latit, novisque additis penis, confirmavit, quae Porcia & Semproniana dicitur. Postea C. Gracchus incoluntiam civium consulens, ne quid in eos gravius consuleretur, alia facta lege sancivit, ut qui in magistratu & honore positus, civem abque populi judicio necasset, in eum populi animadversio foret; quam legem sequuti principes, sempiterna constitutione sanxerunt. Insuper staturunt, ut citra senatus auctoritatem, de necè Romanis civis decernendi nulli facultas foret. *Alex. lib. 3. c. 20.*

CHRISTIANUS Princeps Anhaltinus ex castris Moltzemum profecturus, cum Dachsteinium hostile oppidum in itinere haberet, sibi metuens, ducentorum operatorum & centum equitum comitatum secum duxit. Forè fortuna incidit in ducentos equites, & nonnullos pedites Lotharingos: ita ut neutra pars cedere poterit, sed vi & ferro via paranda esset. Pedites Anhaltini longiuscule praecesserant, nec quilibet de hostis adventu cognoverat. Agnitus hic est Anhaltinus, quare à quodam Lotharingo icu, sed irrito, petitus est: quem Anhaltinus, impetu in eum facto, occidit. Erebantur omnes in Anhaltinum, & cerè periclitabatur. Pugnam est acriter: donec Moltzemenis, mali aliquid suspicanti, citatis equis accurreret, & Lotharingos in fugam dedicerent. Ex Lotharingis desiderati sunt quiddecim, ex Anhaltinis præter alios Fredericus Comes Mansfeldius, vulnerati plurimi, inter quos David Comes Mansfeldius, ejusdem Fridericus frater, qui postridie Argentoratum lethaler vulneratus in lectica deportatus est. Contigit id anno 1392. 17. Decembr.

Cum Filius Principis Doræ, cum sponsa sua Columba, recrean-

A recreandi animi gratia Laonum, suæ ditionis castrum, navigare vellet, tritremem jussit præparare. Impositis Sclavis, seu Barbaris captivis remigibus, iter instituitur. Cumque jam in mari essent, conspirantes inter se remiges, Doriam cum trimem in Barbariam abducere decreverunt. Sed cum non longè processissent, ecce contrarius ventus tam vehemens exortus est, ut frustra illi operi incepto incumbentibus, tritremis Genuam ventorum vi repulsa fuit: ubi conspicienda detecta, Barbari omnes capite dimittuntur, & Doriam, singulari beneficio Dei, periculum evasit. Anno 1593. Februarii.

CARCERE. ET VEL

Prohibitis à carcere, vinculis.

Id semper ferè in confessis, judicatis & custodiendis reis observatum est, ut qui in aliqua dignitate positi essent, hi ne vinculis publicis continerentur. Ideo & L. Scipio Asiaticus, ne in carcerem duceretur (ob peculatum, cujus nomine à Q. Terentio pratore damnatus erat, quod plus ab Antiocho, ut commodior ei pax daretur, accepisse diceretur, quam in aratum restulisset, vel quòd M. Minutius Augurinus Trib. pleb. multam ei irrogasset, & judicare pecunias fatidare non posset) à Tib. Sempronio Graccho quamvis hoste liberatus est. *P. Erad. ex Livio Dec. 4. l. 8. Val. Max. lib. 4. cap. 1. ex Gellio l. 7. c. 19.*

M. CATO junior, cum Cæsari consuli legem de agro Campano, ferè toto inter pauperes dividendo, ferenti solus restitisset: à Cæsare ex Rostris tractus, atque in carcerem ductus est. Secutus Catonem est meffius senator, & optimi quoque ex populo, stomachantes tacite & indignantes. Nec latuit istud Cæsarem: sed ex trinitate expectabat, dum provocaretur Cato, & supplic fieret. Quem ut perspicue advertit nihil minus facturum, victus pudore & infamia, submisit unum ex Tribunis, ut Catonem eximeret. Sic cum à Tribuno Tri. pl. cui in rogatione de provinciis consularibus Pompejo & Craffo decernendis restituerat, in carcerem duci juberetur, cumque plebs secuta esset, ex metu dimissus est. *Plus. in Catone.*

Libertati à carcere.

Consule Tis. Grati pro liberatione à carceribus.

Præguatorum Pharaonis Magister cum Joseph eidem carceri inelotus, somnium de suæ liberatione habens, jussu regis liberatus fuit. *Gen. 20.*

HIEREMIAS Propheta sub rege Seducia, quòd portas hosti apertendas fudabat, principum impulsu, in voraginem caenosa dimissus, in capite tantum extaret, Abdemelech Aethiops eunuch precibus cum exactus fuit. *Josephus l. 10. Antiq. 6. 10. ex Hieremie 38.*

JOACHIM Judææ rex Nabuchodonosori sese dedit, ne sua causa Judæa vastaretur, Babylonem abductus, 37. annis in carcere detentus fuit. Mortuo Nabuchodonosore, Evilmerodachus rex eum ex carcere extraxit, ejusque solium altiore in loco collocavit, quam carcerorum regum, & quotidiano demensio ex penù regio aluit, quoad vixit. *4. Reg. 35.*

Petrus cum reliquis Apollotis à Pontificibus in carceres conjecti, ab Angelo Domini noctu à carcere clavis foribus eieci, priusquam pontifices manè convenirent, ipsi in templo docebant. *Actor. 5.*

Petrus Apostolus ab Herode Agrippa in carcerem conjectus, ut post Pascha interficeretur, catenas duabus victus, sed decime militibus diligentissime custoditus, ab Angelo Domini porta ferrea aperta, solutus vinculis eductus & liberatus est. *Actor. cap. 12.*

PAULUS cum Sila, propter ejectum Pythonis spiritum, Philippis accusati ab iis, qui eo genere quæstiones alebantur, & in carcerem conjecti, virgibus prius caesi, noctu patefactis omnibus ostium divina concussione, exire noluerunt, sed carceris custodem miraculo aronitum ad sidem converterunt. Manè postea à magistratu incoluntis dimissi sunt, obsecrante eos, ne agrè ferrent, quòd Romani cum essent, virgibus caesi forent. *Actorum lib. 16.*

Servus 6. Ann. De dalum cum Icaro filio in labyrinthum inclatus: Dardanium saltus custodibus sub faciendis muneris specie, quo fimalabat posse regem placari, ceta & pennis alas & sibi à filio fabricatas, & volando aufugisse. Sed Icarus altiora petens, solus ex calore Solis pennis, mari, in quod cecidit, nomen impositum. Dardanus primò in Sardiniam, ut

ait Salustius, deinde Cumas delatus est, templo Apollini conedito. Diodorus & alii non in Sardiniam venisse tradunt, sed in Siciliam: quò insequutus est cum Minos, regnante in Camarina Sicilia Cocalo, à quo per speciem colloqui retentus diutine, in thermis præsecutus est. Attilioles in Policiis à fabibus Cocali occisum narrat. Sed de pennis non dubitant, quin navi fugerit, ceterum vel remi speciem alarum præbuerunt (quod subindicat Virgilius dicens: Remigio alarum) vel celeritas volatus est nominata. *L. Vroes in lib. 18. Aug. de Civit. Det. cap. 13.*

Nyria, Argonautarum progenies, ab Achatis Lemno infula ejecli, & à Spartanis in civitatem recepti, cum uxores duxissent, reique novas moliri inciperent, & apertè regnum invadere, in vincula conjecti sunt. Et cum pro more noctu supplicio deberent affici, uxores eorum carcerem permittu supplicatio ingressæ, mutatis vestibus, viros à custodia pro mallentibus emisereunt. *Valer. Max. lib. 4. c. 6. & Herod. Sabell. item lib. 8. Em. 2. Polyenus lib. 8. Tyrhenos vocat.*

ARISTOMENES Melfenius à Spartanis in Cadem foream abjectus, vulpis secus vestigia, per angustam tinam via sibi facta, præter omnium opinionem evasit. *Paul.* Cum Mardonius ad Platæas contra Græcos castra haberet aruspicum habuit Hegesitratum Eleum. Quem ante ea tempora Spartiatæ cum cepissent, in vincula coniecerunt morte affecturi, ut à quo multa intoleranda perpelli fuissent. Hegesitratus igitur, ut erat lineis atque ferratis soleis vinculis, commentus, qua ratione reliquum pedis educeret, fetro præcidit sibi dimidium pedem, subnatoque muro, profugit Tegeam, noctu iter faciens, interdiu sylvis se abscondit, ita ut trinoctio Tegeam pervenerit, Lacedæmonis cum passim quarentibus, sanato vulnere, & ligno pe de effuso, ex proelio Lacedæmonis hostis extitit. Ad postremum in Zacyntho à Spartanis interfectus est. *Herod. lib. 9.*

M. FABIUS Romani sanguinis, qui ab Aufonibus captus in Sidicinorum urbe Cales custo diebatur, raptus vinculis, ex muro hostium se reſte dimisit. Is ad M. Valer. Corvini consulis præsentiam constitutus, auctor illi fuit, ut Calenos vino & epulis festo die sopitos, repente adoriretur. Quo facto haud majore est certamine oppidum captum, quam Caleni acie fuissent nuper victi. Calibus captus ac direptus, consul Romanus rediit, Calenumque triumphum egit. *Sabell. lib. 4. Em. 4.*

Extracto è paludibus, in quibus sese occultaverat, C. Mاريو, Minturnenses L. Syllam veriti, urgente Genio, conſecerunt trucidandum Marium. Id facere nullis civis sustinuit: verum eques Gallus natione vel Cimber (urumque enim traditur) cum gladio ad eum ingressus est. Cum conclave, quo loco jacebat Marius, subolcurum & opacum esset: fama est, ingentem flammam ex oculis Martii emicare militi vilam, vocemque ex tenebris reddidit magnam: Tu ne homo occidere C. Marium audeſ: Consensum igitur proprioque se inde Barbatus, abjectoque in medium ense, foras erupit, hoc tantum clamans: Non possunt interficere C. Marium. Hinc stupor omnes, mox misericordie & sententiae subjicit penitentia, atque insectatio sui, quòd inique & ingrâtè haurissent in Italia conservatorem, cui opem turpe forerion ferret. Eat ergo, inquit, quò libet, profugus, atque fatum alio loco impleat. Nos verò deum iram deceperimus, qui inopem Marium & nudum extrudimus oppido nostro. Ita animati, frequentes ac circumfusi eum, ad mare exierunt. *Plut. in Mario.*

T. LUCULLUS bello Mithridatico Cabiris aliumque complexibus captis arcibus, grandes thesauros invenit & carceres, in quos conditi multi Græci, multi etiam regis necessarii erant; qui cum habuissent se jam dudum pro deploratis, non tam Luculli beneficio sunt conservati, quam reixerunt, & quodammodo renati sunt. Inter cæteros foror Mithridatis Nyssa capta est, magna ipsius salute. Illa verò, quo remotissime à periculo & pacato loco reposita videbantur, apud Pharmaciæ fortes & uxores, misere perierunt, ad quas necandas cunuchum Bacchidem ex fuga misit Mithridates. *Plur. in Lucello.*

Apud veteres, si quem vinculis relaxaret dominus, catenas è manibus pedibusque, quibus victus fuerat servus, interdum incidebant, ita ut vinculorum pars in corpore maneret. Quo argumento significabant, servum minus justè vinculum fuisse, neque justam servitutem servasse, nullumque jus patroni domino competitſse: illumque pristine libertati ac si nunquam vincus fuisset, restitutum. *Alex. lib. 3. c. 10.*

Josephus Judæus, ex eſa Jotapata captus, Vespasiano ejus-

A que filio Tito imperium praedit, illis vaticinium floccipendentibus. At nondum confecto bello Judaico, cum a militibus Vitellii electionem egregie ferentibus Imperator vel invitus esset salutaris Vespasianus, memor praesagii, Josephum esse vinculis liberavit, & ut vinculorum probum quoque auferret, & non recte vincum fuisse ostenderet, securi carenas discendi iussit. Qui mos est, quando aliquem non iuste vincum ostendere volunt. *Iosephus lib. 5. cap. 12. Belli Iud.*

ARDEURIUS dux à Theodosio Imper. ad Joannem amanuensium imperialem praefectum, qui regni consortium affectabat, missus, ut eius insolentiam reprimeret, navigatione infelici in manus tyranni venit: coniectusque in carcerem, precibus Theodosii miraculose liberatus est. De ductus enim Alpar Ardebiti F. ab Angelo in pastoris specie cum parte exercitus per stagnum, Ravennae, ubi pater detinebatur, adjacens, a nemine unquam superatum, tyrannum vicit, & patrem liberavit. *Socrates lib. 23. Paulus Diacon. lib. 14.*

ANIANUS Aurelianensis Episcopus, quum urbem designatus pontifex aditus esset, Agrippinum magistrum equitum admonuit, & oravit, ut solennem sut aditus diem damnatorum impunitate, & coniecturam in carcerem liberatione celebraret. Quod quum ille abnuere pergeret, demissus e caelo lapsus in caput cecidit. Relatus in cubiculum, dum sanguinis profusio mors immineret, visitantem virum admisit: à quo imposita continuo manu liberatus est, sanctoque prodigio correptus, omnes extremo supplicio mutandos impunitate donavit. *Bonfin. lib. 4. Decadis 1.*

In Perside locus custodiae destinatus est, nomen Lethe ab oblivione habens: in eo Persarum rex Cosroes multos de variis populis captos incluserat. Hi de salute sua desperandi, custodes adorti sunt. Is cæsis, Byzantium pervenerunt, hincque à Mauritio Imperatore magno cum gaudio recepti. *Cædremus.*

CABADES Persarum rex, Petochis F. ob tyrannidem, & quia legem tolerat, qua uxores omnibus jubere esse communes, regno dejectus vinculae à Persis in carcerem conijcitur. Uxor autem Cabadi in carcere ministrans, amari à praefecto carceris accepit. Cui cum corporis potestatem permissu carni fecisset, postmodum nemine prohibente ad maritum conviebat, eique infervit. Nocte igitur quadam Cabades uxori persuadet, ut secum vestes mutet: quo facto, uxore suo loco relicta, carcerem exit, equoque à Sesele amico ad id preparato, ad Hunnos Nephthalis pervenit. *Cædremus in vita Zenonis Imp.*

Leo, Basilii Maced. Imp. F. à monacho Theodoro Sandabatenno apud patrem infidiarum causa delatus, in carcerem coniectus est. Erat Imperatori pisticæ in cavea suspensa. Hic quodam tempore, cum Imp. ad conviviū Senatores praecipuos vocasset, hanc vocem inter edendum sapienter eadebat: Heu heu domine Leo! Qua voce convivæ tristicios reddidit, cibo potaque omisso cogitabundi fuderunt. Imperatore cautam perquirente, illi oculos lacrymis oppleti: Qui, inquit, Imperator, cibum capiamus, voce bestiarum huius oburgati, nos qui rationis compotes, & dominorum studiosi credimur? Bruta hæc avis domini sui nomen invocare: nos luxui dediti, insontem oblivioni mandamus. His verbis miratus Cæsar, Leonem carcere eductum in conspectum suum admisit, vestem lugubrem dempsit, comæ superflua, quæ per lictum creverant, auferri iussit, dignitatemque Cæsaris pristinam reddidit. *Cædremus.*

Quum urbs Parisina incendio flagraret, & vis ignis grassaretur in carcerem, quo vinculi detinebantur, S. Germanus apertus, captivos liberale dicitur, fractis ac comminatis catenis, quibus erant ligati. *Greg. Turon. lib. 8. c. 33. hist.*

ALBINUS Andagevensis Episcopus, quosdam tenebricosi carceris tarsi squallore confoscentes, cum praesidem, ut dimitterentur, exorare nullo modo potuisset, Deum pro illis precatus est, fatiscenceque carceris muro, omnes evaserunt, Deo Deique servo gratias agentes. *Marci. lib. 2. c. 4.*

MAGNIBONUS ejusdem loci Episcopus, similiter captivorum quorundam liberationem amagistratu frustra contendens, dum ante aram suppliciter provolutus deprecatur, claustra xanur, compedes ferri franguntur, & qui vinculi erant, liber evadunt. *Ibidem.*

Vincensium lib. 22. cap. 110. refert de quosdam à Persis captos, pro quo parentes quotannis ter Collectæ fieri curantur in Theophania, in Dominica sancta, & in Pentecoste. Is itaque liberatus, & domum reversus, narravit illis,

statu diebus ad se venisse candidum virum, seque liberasse e vinculis.

VOR TIGERNUS Britannorum rex à proceribus in custodiam coniectus fuit, sublinito Vorimero filio. Quo mortuo, & carcere eductus, regnoque restitutus est. *Polyd.*

ISMARUS Vandalorum rex, casu Sivarod Danorum rege, filium ejus Jarmericum in carcere humilitate induisse, regnumque animum cum fortuna possidere exultans, exemptum vinculis operi rusticum sub custodia deputavit. Is dominis paruit, donec data occasione elapsus, igne supposito adibus regem, nihil tale expectantem, oppressit. Reversus in regnum, jugum servitutis excussit, & magno praelio Vandalos superatos ad tributa pendenda coegit. Captos ex his viros xi. totidem lupis adjunctis, uno suspensio consumpsit, ut regni sanguinis carcerem & fervilem in agris operam compenlarer. *Cramazius lib. 1. Vand. c. 14.*

ELEONORA ab Henrico II. Anglorum rege marito in carcerem detrusa, eò quod filios contra patrem armaret, mortuo Henrico, à Ricardo filio liberata, magnamque præter spem nata auctoritatem, omnem Angliam peragravit, mira comitata omnes generum amplectendo, ut sibi & filio amicitia ferminatim maxime conciliaret: sed in primis quoniam experta erat carceris supplicium esse mortalius gravissimum, quamquam ite faciebat, multos e publicis custodiis emittebat. *Polyd. lib. 14. Anglorum hist.*

ERICUS Nicolaum Danorum regem fugiens, Magni Norvegiolorum regis fidei se crederet. A quo cum Nicolao proderetur, vino obrutus custodia, perinde ac vigilie tedio cubitum successit, faceret domo exilii socium alæ pro se curatorem reliquit, & perrupto cubiculi pariete, cum clientibus ac conjugæ clam ab mare pervenit, repertaque in liore navigia, quò tutius fugam caperet, perforanda curavit. Hæc tractanti succurrit, filium dormientem fuisse relictum: & licet in mora periculum esse non dubitaret, misit tamen quæ puerum afferrent. Conscntia itaque nave ab amicis clam missa, fugam prosperè arripuit, cum multò vix demum die Magnus abitum ejus cognovisset, & navigiorum perforatorum nullus foret igitur. Ericus inde Lalendinum ope Magni Nicolai F. ac vicium occidit, & Sclvici casu à civibus Nicolao regnum obtinuit. *Sax. lib. 13.*

MATHIAS Hunniades à Ladislaw Hungariæ & Boemiæ rege Vienna in vinculis habebatur. Mortuo Ladislaw Præge, Georgius Podiebrachus Gubernator ea hora, qua rex emisit spiritum, detraxit ei anulo, literas Viennam ad Mathiam Hunniadem scripsit, ut eum libere libertatis assequendæ Pragæ eliceret. Quippe hæc conditio vinculus erat, ne liber fieret, nisi Rex ipse, manu sua ei oblata, liberum pronuntiaret. Ejusmodi illecebria juvenis illecebram Pragæ cum deductus venit, ad novam custodiam illud deductus, ex qua (nisi magno pretio se redimeret) exundi potestas non erat. Georgius habitis comitis res pronuntiat. Et eodem serè tempore Hungari Mathiam, opera Michaelis Zylagii avunculi, Regem dixerant. Georgius illam, huius rei signarum, mentis suæ adhibet (ad quam præter uxorem & filiam Catharinam, forma elegantem, nemo aderat) credoque ad hilaritatem invitans, tandem: Si quid ego, inquit, te adjuvero, & ab hac captivitate libera vero, ita ut ad regnum Hungariæ conscndas, ecquid eris præmit? Magnas, inquit, res magna præmia sequi decet. Interpellat Georgius: Nullus ego pecunie, inquit, sed amicitia potius & concordia per asinarem tecum in eundem cupidus sum. Proin si cordi est filia ista mea, hanc tibi deponatam mea matricole voluntate habeas. Date invicem dextra, sponsaliaque protinus jure legitimo conclusa. *Dub. lib. 30.*

VENCESLAUS IV. Boemorum rex & Imper. ob tyrannidem à proceribus captus, quod nulli unquam Regum ante contigit, in carcerem publicum, in quem supplicio afflicendi passim conijciebantur, detrusus fuit, & mensis ibi quatuor in carcere & squalore miseris modis habitus, vix tandem permissu senatus Pragensis, ut illuvium & lorde eliceret (hypocaustis enim plurimum uti consueverat) servili habitu à quatuor publicis custodiis ad balneum, juxta Vultaviam amnem in veteri Praga positum, deductus fuit, ita ut duo laterent, reliqui vestes observarent. Morem hinc Boemi in balneis habent, ut viri ac feminae in illis omnia ministreria obeant, aquam suppedient, capita lavent, corpora desiccant. Cum harum una, Susanna nomine, lepidos sermones protrahens, & calore balnei fervens, arde captanda causa egressus, conspicitur lemmunculum piscatorum vacuum; Susannam interrogat, an remigare tantum sciret, quantum remigio

ad

ad

ad

ad

A ad trajiciendum in alteram ripam opus esset? Quæ annuente, abdit se in lembum, ac repente ab oculis custodum elapsus, venit per devia nudus, cum nuda ad novum arcem (praefecto arcis multum admirante domini sui fortunam) statimque centum aureos nummos Susannæ naui nomine in manus tradidit, eamque non ad mensam soltam, verum etiam ad lectum admisit. Nihil inde melior factus, consensu etiam Sigismundi fratris Hungariæ regis, secundo capitur juxta Beranum in prædura regio, & in turrem Pragensem conjicitur. In dæmo Crumloviam ad Henricum Rosenem abductus fuit, qui eum Viennam tacite deportandum curavit: ubi ab Alberto Austria Principe (quem deinceps Sigismundus generum adlocivit) in profundam turrim abstrusus est, ut inveniri nisi à concisus non posset. Senex quidam piscator frequenter miseris carceri inclusus cum jentaculo picicOLORUM à se captorum invivere solebat. Hunc Venceslaus grandibus promissis onerat, si opera ejus evaderet: quia non nisi excussus intro-mittebatur, res illam zona ferreae certa longitudinis, & crassitudinis nudum corpus prætergeret. Piscator officium feliciter facit. Ejus zona beneficio ex turte demissus Venceslaus, cum piscatore ad conditum tempus Danubium trajicit, & in Boemiam devis itineribus cum suo comite tendens expiscatur, Sigismundum rebus Hungariis impeditum, nondum in Boemiam ad capessendum regnum venisset, Pragæ autem alteram arcem à nobilitate, alteram que Vicegradensis dicitur, à Pragensibus teneri, eque langium quandam praepositi esse. In hac mendici habitum cum piscatore ingressus, oclusa manu sua porta, ac persona detecta, exclamat: Qui regius est, ad auxilium regi tuo ferendum accurat. Plures quam viginti praesidi fuerant, iniectioneque praefecto catena, vinculum langium regi tradiderunt. Jubet ille annulum digito detrahi, quoque signari literas quas ad Magistratum Pragensem nomine praefecti componeret, ut aliqui eorum in arce consultanti gratia properarent. Quos ille omnes sustulit; piscatorem verò in ordinem equestrem adscriptis, cum censu equestri. *Dubr. lib. 23.*

SGISMUNDUS Boemiæ rex in Alba Regali diademate insignitus, nuptias cum Maria Hungariæ regina celebravit. In dæ Joannem Horvathium Sanum (qui Elizabetham socrum per editionem submergerat) captum, eoque tractum, & corcipibus disceptum, in quaerens disceptat. Duos ac triginta regulos, quòd Mariae regis puelle essent adversarij, & Carolam Siciliæ regem in regnum induxerunt, securi percussit. Quorum monumenta hodie cernuntur ad Carmelitas Budæ. Mortua Maria regina, captus necandique magis quam aservendus; femina vidua nobilis, cuius maritum interfecerat, in custodia traditur, donec reguli de ejus supplicio consultarent. Alioqui erant plerique in medio Senatus eum discepturi; nisi pauci id prohibuissent. Sigismundus majestate oris & blanda oratione viduæ, quæ mater erat duorum filiorum ex nobili familia de Gara, amplissimis promissis persuasit, ut se liberum dimitteret. Itaque elapsus custodia; habitu rusticulo ad Hermannium Comitum Citiae venit, eisque unam ex tribus majorem natu filiam Barbaram, uxorem elegit, magno cum stupore patrum; qui se primum irrideri putabant: alteram vero Niconi Gario filio majori nato viduæ, quæ eum servaverat, respondit; palatinumque regni creavit. Minor natu Joannes Archiepiscopus Strigoniensis, primas regni designatus, sic honoribus & opibus auctis viduæ filius, ex Moravia ingenere adduxit exercitum, armisque sibi vindicavit regnum: Stephanum Vaivodam carceris auctoritorem trucidavit, de illis quoque supplicium sumpsit. *Cuspinian. & Bonfin. lib. 2. Dec. 30.*

BARBARA Ciliensis, Sigismundo Imperatore & rege Boemorum maritus superflua, Uladislau Polonice regem juvenem ambiebat, agens, ut Boemiæ & Hungariæ regna dotata ab Alberto Austria genero suo in Polonos transferret. Coniecta igitur à marito Byzonia in vincula, eo paulo post mortuo, ab Alberto genero Budæ liberata est, intercedente de oppidis regi dotalibus transactione, ut nomine illorum duodecim millia aureum numum quotannis acciperet. *Dubravius lib. 28.*

GALEACIUS Vicecomes, Marthæ Magni F. bellicosissimus jam undique victor, à Marco fratre apud Ludovicum Bavarem Cæsarem Mediolani de tyrannide accusatus, frustra sese defendens cum Luchino & Joanne fratibus, Actioque filio, in arcem Modoetiana tertiorem carceri traditus fuit, non omnino iniqua sorte, ut fabricaci paulo ante ab e tri carceris Furum (ita à depressa testudine vocatum) primus experiretur, quem ad verticem partium captivus ad penam patavisset.

Eam calamitatem vehementer auxit custodia praefectus, & E Morico Antius Rizaccus, ingenio immiri erga miserostanta modò fortunæ principes. Interea verò dum Cæsar Romæ coronatur, Castrucci Lucentium tyrannum nullam prætermissioffensionem, quin Galeacium Cæsari commendaret, oraretque supplex, ne diutius Guelphos, Romani Imperi captales hostes, praesantissimi viri calamitate letari pareretur: & Marcus sceleris pœnitentia ductus, libertatem saltem fratri concedi postulabat. Ergo Cæsaris iussu Galeacium cum fratribus filioque, quum à Nonis Julius ad sextum Kalendas Aprilis in prædura custodia fuisset, incredibili veterum amicorum læticia, Modoetianorumque insigni gratulatione liberatus est. *Jovius in vita Galeacii.*

NICOLAUS Cusanus Legatus à Pio II. Pp. in Austriam missus pro exigendo tributo ad Turcas debellandos, à Sigismundo duce, qui exactionem illam admittere nolebat, captus, non prius dimissus fuit, quam impunitatem Sigismundo concessisset, & vinculo anathematis solvisset. *Stumpfius.*

CÆSAR Borgia captus in Italia, in Hispaniam missus, allquando Concilie, & demum ad Median urbem in arce, F cui Motta nomen est, duos serè annos conditus est: ea tamen forte, ut deceptis custodia, sine demissis, suppedient equos Pigmentello Beneventano principe, ad Joannem Navarræ regem perfereret. *Jovius in Gonsalvo.*

Erant Venetiis in urbana perliberali custodia, cum Patavii, tum Istris, ad aquæ Martinianæ pontem capti Maximilian Romani Imperatoris praefecti sex, salutabanturque quotidie ab amicis & familiaribus suis propè ut liberi. Eorum quosque noctu, custodia in caena occupatis, tenui pertracto muro, ad aquam se nullo strepitu conulerunt: cymbaque ad biremum clam à suis comparatam vecti, in ea Tergeste perferunt. Uni ut fugeret persuaderi non potuit, ne fidem, quam unâ cum reliquis Republicæ dederat, se non abiturum, falleret. *Bembus lib. 10. hist. Veneta.*

PAULUS Farnesius (qui postea Paulus III. Pontifex renunciat) est in Pontificis Innocentii VIII. indignationem incurrens, ab eo in arcem est coniectus. Undè Petri Marganii propinquopera funibus demissis evadens, Innocentio demum mortuo, Romam reversus fuit. *Pansynus.*

FERDINANDUS Neapolitanus Rex, fugiente patre Alphonso ob metum advenientis Caroli VIII. Regis Gallorum, regi Principibus quatuor, qui erant in custodia, dimissis, oppidum in veste regia unâ cum Fedetico patruo peregritavit: salutatique rex, cum se ad carceris pariterem contulisset, reclusis patefactisque foribus, rebelles aliquot damnatosque complures & libertati & municipio restituit, publica publicaque injurias omnes remisit, pollicitumque est, se proscriptos quoque revocaturum. *Bembus lib. 2. hist. Veneta.*

CLEMENS VII. Pontifex ab Caroli V. Cæsaris exercitu anno 1527. captivus factus, quum ei liberatio, si militibus stipendia perolveret, promitteretur, & tamen in aliena potestate representandæ pecunie reperiret, longè clarissimos atque honestissimos ex familiaribus, qui secum erant, representandæ pecunie obides, frementibus depolcentibusque Germanis tradere coactus est. Hi fuere Joannes Maria Montanus, Archiepiscopus Sipontinus, & Onufrius Bartholinus, Pisanus Archiepiscopus: Episcopus verò Antonius Puccius Priesens, & Joannes Mathæus Gilbertus Veronenis. His accessere, uti pecuniosi, nobilesque, & arcta propinquitate Pontifici conjuncti, Jacobus Salviatus, Joannis Cardinalis pater, & Laurentius Ridulphus: Nicolai Cardinalis frater germanus. Horum manibus illico Barbari catenas iniecerunt, & tanta truculentia ad exprimentandum aurum tererant, ut in campo Flora, ad erectas dicatalque latronum suspensio furcas, damnatorum more catenatim reduceretur, parato ibidem ad lege agendum carnifice, si paulo asperior concionis fremitus annuisset. Per hunc modum miserè pallentes, & extremo supplicii metu persasi, terque in conjunctione producti, præclaræ ope magni Numinis lervati sunt, cum spes auri vel in efferatis diuturna immanitate animis miserocordiam experiret. Siquidem paulo post in carcere, custodibus ex inlicita caena crapula multoque salerno consopitis, catenas exuertunt, & per vaporiarium foci tumbum in summa Riarie domus tecta extrahit fumibus evaserunt; tanta felicitate, ut pedibus egressi urbem, ad Urbatis castra, que tum erant in Umbria finibus, confugerent. *Jovius lib. 25. hist.*